

## **Werk**

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG\_0206

## **Terms and Conditions**

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## **Contact**

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

CAPUT SEXAGESIMUM.

SESTIGSTE HOOFDSTUK.

*Acorus marinus. Deringo laut.*

*De Zee-lifsch, ofte Calmus.*

**H**æc Algæ species ad illam pertinet plantam, quæ in Belgio vocatur *Wier*, & in Lusitania *Sargasso major*, sed non tanta est utrisque.

Folia optime illa Acori referunt, sesqui & tres pedes longa, digitum lata, inferne virentia & albicantia, superne vilcini coloris, tenera vero penitus virent. Ad oras bina gerunt fortia fila, quæ nuda remanent, quum intermedia caro per senectutem computruerit, quatuor vel quinque talia folia inferius connectuntur, ad palmæ latitudinem supra fundum.

In solo repentem format radicem fere instar Acori, sed quæ est sine ulla acrimonia, nec tam longa, huic adpèndent quædam paucæ, breves, & crassæ, albæque fibrillæ.

Folia hæc tam flaccida sunt, ut sponte sese erigere nequeant, excepto quum aqua obducta sunt, si vero mare recurrit, & litora nuda sunt, terræ plana incumbunt, semper ad oram versa, quorsum fluxus defluit. Atque hinc Ternatense proverbium suum habet ortum, vulgus vel pagum semper majores sequi instar Gossongi fluxum.

Ad latus hujus fasciculi foliosi peculiaris, rotundus, & firmus e radice excrescit caulis, superius circinnatus instar caudæ porcinae, pedem circiter altus, simplicem sustinens fructum, qui non melius quam cum Castanea vel bursa comparari potest, superius acuminatus, ex rotundo obliquus vel compressus, ac superne bina foliola flaccida gerens, externe hæc burfula distincta est in sex sinus, quorum bini majores minorem gerunt, obductum binis ordinibus mollium & obtusarum spinularum instar Castanearum, coloris obscure virentis.

Putamen non durum est, sed facile confringi potest, sed in quo continentur octo novemque angulosa officula pyramidata, & superius acuminata, coloris virentis, mucosoque visco obducta, substantiæ & saporis instar nucleorum Tsjampadahæ, sed parum salfa sunt & viscosa. Si maturi fructus dehiscunt, hæc jam eminent officula, ac foliola mox proferunt, illis Acori teneri similia, quæque novas modo formant plantas, si solum tangunt, quum fructus in isto flaccido caule nunquam erectus est, sed semper deorsum inflectitur, immo sæpe ipsi inhæret arenæ, ita ut pro radice haberetur.

Longa tamen radix instar albi vermis sub arena prorepens novas quoque profert plantulas, quibus hæc planta totum occupat litus, ita ut pratum referat. Odor totius plantæ sulphureus est, qualis in omnibus fere est herbis maritimis, ac præsertim in talibus, quæ in placidis crescunt aquis, sed quæ in mari aperto fluctuant, falsiores sunt cum odore distincto marino.

*Nomen.* Latine *Acorus marinus*; Malaice *Deryngo laut*; Amboinice *Lalamut*; in Loehæa *Lalanuit*; Ternatice *Gossongi*; Maccaffarice *Bama*.

*Locus.* Non tantum crescit in Amboina, & Moluccis, sed etiam in tota Celebe, Java, & Baleyâ, ubique ubi litus est planum, ac tenui arena conspersum, ac paucis mixtum lapillis, & ubi paucum cœnum simul reperitur, defluente aqua fere nuda est hæc planta, vel saltem non ultra palmæ altitudinem hac tecta.

*Ufus.* Hujus plantæ fructus edules sunt, non tantum crudi, sed quod melius tosti sub cineribus calidis, ut & aquæ incocti, quum satis gratum præbent saporem, sed interjecta viscosa & pellosa caro expuenda est, in qua pauca detegitur amarities, nucleique saporem habent nucleorum Tsjampadahæ vel coctarum Castanearum. Incolæ Ceramæ Borealis, Bonoæ, & Manipæ, norunt ex lentis filis, quæ post putrida remanent folia, retia nectere, quæ in aqua marina quam durabilissima sunt, nec oportet ut subflavo tingantur colore, quum sponte naturam istam ravidam gerant.

**D**eze zoorte van Alga is een geslagt van 't geenemen in Holland *Wier* noemt, en in Porutgal groot *Sargasso*, dog werd lange zoo groot niet als die beide.

De bladeren gelyken zeer wel den *Acorus*, te weten anderhalve tot drie voeten lang, een vinger breed, beneden groen en witagtig, boven lynverwig, dog de jonge zyn gants groen. Aan de kanten hebben ze twee sterke draden, dewelke bloot blyven staan, als het vlees daar tusschen door ouderdom verrot. Vier en vyf zulke bladeren staan beneden aan malkander vast, een band breed, hoog boven de grond.

Inde grond formen ze een kruipende wortel schiebier als den *Acorus*, dog zonder eenige scherpigheid, en zoo lank niet, daar aan hangen weinig, korte, en witte vazelingen.

Zy zyn zoo slap, dat ze van zelfs niet over eind kunnen staan, bebalven als ze met water bedekt zyn, maar als de zee afloopt, en de stranden bloot staan, zoo leggen ze plat op den grond neer, altyd naar dien oort gekeert, derwaarts den stroom loopt. Hier van daan komt het Ternataans spreekwoord, dat de gemeene man of de kleine *Negorrien* altyd de groote volgen, gelyk het *Gossonge* den stroom.

Bezyden deze bos bladeren komt een byzondere ronde, en styve steel uit den wortel, boven in veele krullen verdeelt, gelyk een *Verkensteert*, omtrent een voet hoog, dragende een enkele vrugt, dewelke men niet beter dan met een *Kastanje* of *Beurze* vergelyken kan, met de spitze na boven gekeert, uit den ronden wat scheef, of gedrukt, en boven op twee slappe blaadjes hebbende, van buiten is de beurze met ses naden afgedeelt, dog de twee grootere daar van hebben nog een minder naad, met twee ryen van weeke en stompe doorntjes bezet, gelyk *Kastangien*, donker-groen.

De schil is niet bard, maar laat haar ligt breeken, daar in vindt men agt of negen boekige korrels als pyramiedjes, met de spitzten na boven gekeert, gras-groen, en met een slymerig merg omgeven, van substantie en smaak *Tsjampadabas* korrels gelykende, een weinig ziltig en smeerig. Als de rype vrugten openbersten, zoo kyken deze korrels uit, en brengen al blaadjes voort, den jongen *Acorus* gelyk, daaromme z: straks nieuwe planten maken, als ze in den grond vallen, vermits de vrugt op dien slappen steel nooit over eind staat, maar altyd neerwaarts hangt, ja dikwils in het zand steekt, zoo dat men ze voor den wortel aanziet.

Evenwel de lange wortel als een witte worm onder het zand kruipende, brengt bare nieuwe plantjes ook voort, waar door dit gewas een geheel strand beslaat, en een weiland gelykt. De reuk van de geheele plante is zwaavelagtig, gelyk alle zeekruiden, inzonderheid die in stille wateren groejen, maar in openbare zee zyn ze siltiger met een openbare zeereuk.

*Naam.* In 't Latyn *Acorus marinus*; in 't Maleits *Deryngo laut*; in 't Amboins *Lalamut*. op *Loeboe Lalanuit*; op *Ternaten Gossongi*; op *Maccaffaar Bama*.

*Plaats.* Het wast niet alleen op Amboina, en in de *Moluccos*, maar ook op geheel *Celebes*, *Java*, en *Baly*, over al daar een vlakke fyne zandstrand is, met weinige steenen vermengt, en daar wat modder onder loopt, by aflopend water leid het bloot, of is niet boven een band hoog waters bedekt.

*Gebruik.* De vrugten van dit gewas zyn goed te eeten, niet alleen raauw, maar beter gebraden, onder beete asse, of in water opgekookt, wanneer ze redelyk veel smaken, dog het tusschen leggende slymerige en velagtige vlees moet men uitspogen, waar in kleine bitterheid schuilt, dan smaken de korrels, als die van *Tsjampadaba* of gekookte *Kastangien*. De Inwoonders van Noord-Ceram, *Bonoa*, en *Manipa*, weeten uit die taaje draden, die de verrotte bladeren nalaten, netten te breiden, die in zee water zeer durabel zyn, en niet beboeven getaant te werden, hebbende van zelfs een tanyte natuur.

Ubique, ubi hæc planta crescit, præsertim in stagnantibus & placidis aquis, species quædam Scolopendræ marinæ detegitur, quæ ex serpentis vel potius vermibus genere est, nunc ulnam nunc semi orchiam longa, ultra pollicem crassa, utrimque uniformis, fere instar serpentis cæci *Cæcilia* dicti, ex albo & nigro variegata colore, sed potissimum nigra & glaberrima, subtus mille minimis pedibus instructa, non tamen cito procedit, sique pedibus calcatur, decumbit, nec ullum aliud adfert damnum, quam quod terrefaciat talem, qui eam calcat ob glabritiem.

Generali nomine vocatur *Ular laut*, h. e. *serpens marinus*, licet melius ad *Scolopendras marinas* referenda sit, atque hinc *Scolopendra marina* vocari potest.

Jam itaque eo usque procedimus herbis terrestribus, ut ulterius progredi non audeamus, quin submergere facile possemus. Reliquas itaque herbas marinas, quas mare in suo fovet & alit gremio, & formam plantarum terrestrium referunt, Lectori in subsequenti & ultimo obferemus libro.

N. B. Hujus *Acori marini* Icon jam supra Tab. 75. fig. 2. fuit exhibitæ.

Over al waar dit gewas groeit, zonderlyk in stille wateren, vindt men een zoorte van slangen of eigentlyk een worm, een elle, zomtyds een halve vadem lang, ruim een duim dik, agter en vooren van een fatzoen, scbier als de blinde slange *Cæcilia*, van wit en zwart gesprikkelt, dog meest zwart, en zeer glad van onderen, met duizend kleine voetjes, zy heeft egter geen snellen gang, want als men daar op trapt, zoo blyft ze leggen, doet ook geen andere schade, dan dat ze den opstappenden een scbrik aanbrengt wegens haar gladdigheid.

Men noemde met een gemeene naam *Scolopendra marina ular laut*, dat is *Zeeslange*, hoewel ze beter onder de *Scolopendras marinas* te rekenen is, en daarom *Scolopendra marina* mag genaamt werden.

Waar mede wy met de landkruiden zoo verre gekomen zyn, dat wy niet verder durven stappen, of wy zullen van de grond af zyn. De restteerende zeegewassen, die de zee in baren schoot verbergt, en de gedaante van landgewassen hebben, zullen wy den Leezer in 't volgende Boek vertonen.

N. B. De Figuur van deze *Zee-Acorus* is al boven Tab. 75. fig. 2. vertoon.

Finis Libri Undecimi.

Einde van het Elfde Boek.

